

## Codice Diplomatico Longobardo I, 105

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Aistholfu uiro excellentissimo rege, anno regni eius tertio, in mense iunio, indictione quinta; feliciter. Constat me Perprand uirum magnificum filio bone memorie domni Uualpert duci, hac die uendedisset et uendedi, tradedisset et tradedi tibi domno Uualprand gratias Deo episcopo parte mea de sala sundriale quem auire uisum sum in loco qui ditor Tocciano, cum terra et uinea, siluis, uergaria, oliuis, pumis, arboribus; simol et casas massaricia in ipso loco Tocciano, cum territorii, uineis, siluis, uergarias, oliuis, pumis, arboribus, cum cultum et incultum, cum mouile uel in mouile seo semmouentibus, cum serbus uel ancilla quem auire uisum sum in ipso loco. omnia et in omnebus mea portione in integrus, excepto Teudifridulo cum muliere sua et uno filius suum nomine Personula, alii infantis sui; nam alia res in suprascripto loco omnia et in omnebus, ut dixi, per uisum uenditionis tetulo tibi in finitum tradere uisum sum. et haccipi ego qui supra Perprand an te domno Uualprand episcopo pro suprascripta casas et res, qualiter superius legitur, pretium placitum in definito et liuerato adque presenti exolutus auri soledos numero tricenti. in eo tenure inter nos conuinet, ut, si ipsas res anplius adpretiata fueret super tricenti soledos, ego domnus Uualprand episcopo tibi Perprand reddi diueam; et si minor fueret adpretiata de tricenti soledos, ego Perprand tibi Uualprand episcopo adimplire diueam ad ipsi tricenti soledos; et si tanto fueret, sit siui comtentus. unde spunde ego Perprand cum heridi meus tibi Uualprand episcopo, si ipsa res intentionare aut in alico molestare presumerimus, et defensare non potuerimus da qualiuet homine per qualiuet ingenio, et ad me conserbatum uel adinpletum non fueret qualiter superius legitur, conpono ego Perprand uel heridis meus tibi domno Uualprand episcopo uel ad tuos heridis de quod superius legitur in dupla, res meliorata de quod agitor, in ferquido locum, sum stimulationem. Teutpert uirum deuotum scriuere rogau. Actu Luca, regnum et indictione suprascripta; feliciter. Signum + manus Perprand uiri magnifici uenditori et conserbatori. Signum + manus Suintroaldi uiri deuoti filio quondam Ansualdi testis. Signum + manus Fratelli uiri deuoti filio Alipert testis. Signum + manus Ermitulo uiri deuoti filio quondam Aritheo testis. Ego Teupert pos tradidi suppleui et dedi.